





674.

1739 30/ek
25

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA

DE

STABVLIS, CAVPONIS
TABERNIS ET HOSPITIIS
MERCENARIIS

Von

Gasthöfen, Erb- und Gemeinde-Schencken
Stadt-Kellern, Jahr-Küchen &c. &c.

QVAM
PRAESIDE

CHRISTIANO Specht

PHILOSOPHIAE ATQVE IVRIVM DOCTORE
HVIVSQVE CIVITATIS SENATORE
EXTRAORD.

DIE APRILIS 15 1739

IN AVDITORIO IVRECONSULTORVM

PVBlice TVEBITVR
AVCTOR

CHRISTIANVS THEOPHILVS
KLEINHEMPELIVS

DRESDENSIS, I. V. C.

VITEMBERGAE
TYPIS EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI



D. D. N. N.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

STABULIS CAVPONIS
TABERNIS ET HOSTIIS
MERCENARIIS

Christianus Friedrich Schenck
Candidatus Juris

CHRISTIANO
PHILOSOPHIAE ET JURIS DOCTORE
HABITANTE CIVITATIS SENATORIS

IN AUCTORITATE ACADEMICAE
CHRISTIANUS THEOPHILUS
KLEINHEIMELIUS

DE RE
VITAE
TITULI ET RATIONIS

EX
G

VIV

VS



V I R O

EXCELLENTISSIMO PRAENOBILISSIMO
AMPLISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO

GEORG. CHRISTOPHORO
KLEINHEMPELIO

AVGVSTISSIMI REGIS POLONIARVM
ATQVE PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
A SECRETISSIMIS EPISTOLIS FISCO REGIO
ELECTORALIS

PARENTI SVO OPTIMO

ET NVNQVAM SATIS DEVENERANDO

VITAM LONGAEVAM ET PERPETVAM
FELICITATEM APPRECATVR

PRO ACCEPTIS INNVMERIS BENEFICIIS
GRATIAS DECENTISSIMAS
AGIT

RES SVAS COMMENDAT

ET IN TESTIMONIUM DEVOTISSIMI
ANIMI

HOC SPECIMEN ACADEMICVM

OFFERT

ORSEQVIOSISSIMVS FILIVS

CHRISTIAN. THEOPHIL. KLEINHEMPELIVS



I.

Stabuli, cauponae, tabernae & hospitii mercenarii differentia traditur.

Differentiam, quae inter stabulum, cauponam & tabernam intercedit, exposuerunt Glossatores in notis ad *L. 43, de Ritu Nuptiarum lit. d.* Verba eorum, additis paucis aliis, retinebo & hic adiciam: *Taberna*, inquit Glossatores, *est locus, ubi comestibilia & potulenta uenduntur, & comedentes, ac bibentes recipiuntur, non ad cubandum, uel ad equos stabulandos, sed ad comedendum & bibendum tantum, at caupona, ubi etiam aduenae & ad comedendum ac bibendum & ad cubandum excipiuntur, item stabulum dicitur locus ille, qui tantum equos recipit.* Ne tamen quid dissimulem, tabernae nomine uenit omnis locus, in quo negotiatio exercetur. Testatur hoc *L. 23, de instructo uel instrumento legato.* At in argumento cauponario, quod ego explicandum sumsi, uox, *taberna*, strictius accipitur, & merito sic, ut factum est, describitur. Idcirco autem descriptio tabernae, a Glossa data, uerbis: *& potulenta, ac bibentes, & bibendum, ac bi-*

bendum, supplenda fuit, quia, teste experientia, tabernae dantur, in quibus potulenta tantum ueneunt, quaeque bibendi causa potissimum institutae sunt & frequentantur. Refero huc tabernas, in quibus tantum cereuisia, uinum, uinum adustum, porus ex fabis Arabicis & herba Thee cocti, aliique liquores uenduntur, *Bier-Wein-Brandt-wein: Caffè-Häuser, Bouziques de Liqueurs*. Silentio etiam praeterire nequeo, *stabulum* aliquando simul *cauponam* & *tabernam*, *cauponam* aliquando simul *stabulum* & *tabernam*, & *tabernam*, praesertim si uoces: *diuersoria, cauponia*, additae sint, aliquando simul *stabulum* & *cauponam* significare. Eae uero aedes, quibus ius *stabulum*, *cauponam* & *tabernam*, uel saltem *stabulum* & *cauponam* exercendi inhaeret, plerumque *diuersoria, hospitia mercenaria, meritoria, Gasthöfe, Gasthäuser, Wirths-Häuser*, appellari solent.

II.

Potissimae species cauponarum recensentur.

Haud raro pagis, nonnunquam etiam suburbiis, ius *cauponam* exercendi competit, & talis *caupona* uocatur *eine Gemeinde-Schenke, Gemeinde-Krug*. In quibusdam locis membra uniuersitatis, cui ius *cauponandi* competit, eo ordine, quo se inuicem sequuntur, per annum *cauponam* exercere, uel ea se abdicare, & subsequenti uicino eandem relinquere necesse habent, atque hoc casu uocatur *eine wählende Schenke, eine Reihe Schenke*. In quibusdam locis quotannis sorte dirimitur, quodnam membrum uniuersitatis eo anno die *Gemeinde-Schenke* exercere debeat, & talis *caupona* uocatur *eine Spiel- eine Loos-Schenke*. Ius *cauponandi* priuatorum aedibus inhaerens

haerens uocatur eine Erb-Schenke, Erb-Kreßschmar, Erb-Krug. Dantur etiam Lehn-Schenken, Lehn-Krüge, siquidem in aliquibus locis priuati ius cauponandi in feudum acceperunt. Plerumque etiam aedibus, quibus ius cauponandi inhaeret, intuitu huius priuilegii certa onera & tributa imposita sunt, eaeque uocantur Kreßschmar, Schencken, welche besondere Bürden haben. Sunt tamen cauponae, quibus ius cauponandi gratis concessum est. Plerumque cereuisia, quae in caupona uenditur, ex certa ciuitate, uel praefectura, uel certi nobilis braxatorio petenda est, atque talis caupona uocatur eine Zwang-Schenke. Caupona, quae ab eo, qui ius cauponandi, uel per praescriptionem, uel per priuilegium, non acquisiuit, exercetur, appellatur eine Winkel-Schenke.

III.

Ein Gastwirth kan sich Bier, Wein, Brandtwein ic. vor die bey ihm Einkiehrende zu legen, und solche damit so wohl, als mit Caffé, Thee, in gleichen allen Speisen versorgen, auch aus dem Hause und über die Gasse alle Getråncke und Speisen verkauffen.

IV.

Wann aber an dem Orte wo der Gasthoff ist, auch ein Stadt-Keller oder eine Jahr-Küche ist, oder andere mit dem Bier, Wein, Brandtwein, Caffé, und Thee, Schencke, in gleichen mit den Speisen priuilegirt sind; So können aus dem Gasthose über die Gasse keine Getråncke noch Speisen verkauffet werden.

V.

Es hätte denn der Gasthoff das Recht ein und ander Getränke über die Gasse zu verschencken, und Speisen über die Gasse zu geben durch ein *Privilegium*, oder durch die Verjährung erlanget, oder wäre bereits zuvor, ehe andere mit solchen *Privilegiis* beliehen worden sind, in *possess* gewesen dergleichen zu thun.

Iamdiu desit, uel friguit certe hospitalitas maiorum nostrorum propria, cuius Tacitus de moribus Germanorum cap. 21, meminit. Necessitate ergo atque usu exigente hospitia meritoria instituta sunt, ut iter facientes sese cum sarcinulis & rebus suis in ea recipere, in iisdem se reficere & recreare, res suas in tuto collocare & iumenta sua pabulare queant. Oportet igitur hospitia mercenaria, in primis ea, quae iuxta uias publicas & in celeberrimis urbibus sita sunt, & saepius frequentantur, omnibus iis instructa esse, quibus ad necessitatem & commoditatem iter facientibus opus est. Inter haec uero non modo esculenta & obsonia cocta, cereuisia & uinum, sed &, pro genio seculi, uinum adustum, potus ex fabis Arabicis, & ex herba Thee cocti, aliaque potulenta referuntur. Sequitur ergo, ut ei, cui ius hospitium exercendi concessum est, etiam permixtum intelligatur, obsoniis coctis & quibuscunque potulentis aduenas excipere. Quin imo, si in eo loco, in quo meritorium situm est, nullae aliae aedes sint, quibus ius obsonia cocta, cereuisiam, uinum, uinum adustum, potum ex fabis Arabicis & herba Thee coctum similiaque potulenta publice uendendi inhaereat, dubium nullum est, dominum hospitii etiam
extra

extra illud & quibuscunque, über die Gasse, cereuisiam, uinum, uinum adustum, obsonia cocta &c. uendere posse. Namque nemini damnum infert, adeoque nullus priuatus causam querendi aut contradicendi habet. Quodsi uero in loco, in quo hospitium extat, ein Stadt Keller, Zahr Küche, oder andere priuilegirte Bier, Wein, Brandwein, Caffé, Schenken, und Traiteurs sint, dominus hospitii non nisi aduenis & hospitium suum frequentantibus obsonia cocta & potulenta praebere potest, extra hospitium uero und über die Gasse eadem uendere nequit. Ita, quod ad cereuisiam atinet, iudicarunt Icti Ienenfes in *Struuii decisionibus iuris opificiarum dec. 60.* Idem uero de reliquis potulentis & cibus dicendum esse, facile patet. Quo modo etiam dominus hospitii tale quid defendere uellet, non uideo. Nam scit, sibi facultatem tabernas exercendi non competere, alios uero, facultatem eas habendi per priuilegia obtinuisse. Manifesto ergo in mala fide esset, & alios in exercitio priuilegiorum turbaret, eademque interuerteret, si tales tabernas exerceret. Debet etiam priuilegium a principe impetratum effectum & fructum producere. Prorsus nullus uero erit, si non priuilegiato idemius exercere, & priuilegiato speratum commodum intercipere licitum fuerit. Idque multo magis tunc obtinebit, quum illi, qui priuilegio esculenta & potulenta uenalia habendi gaudent, simul ius prohibendi, ne alii idem faciant, habeant. Non raro tamen diuersorium simul ius braxandi, cereuisiam, uinum, uinum adustum, potum ex Arabicis fabis item ex herba Thee coctum, aliaque potulenta, esculenta & obsonia cocta uendendi ex priuilegio speciali habet, aut per praescriptionem id ei acquisitum est. His ergo & similibus casibus a possessore hospitii etiam extra hospitium & cuicumque esculenta & potulenta uendi

uendi poterunt. Tunc etiam dominus hospitii mercenarii cereuisiam, uinum, uinum adustum, potum ex fabis Arabicis & herba Thee costum, aliaque potulenta & esculenta etiam non hospitibus & extra hospitium uendere poterit, quum, antequam alii eiusmodi priuilegia nacti sunt, in possessione iuris cereuisiam uinum & quaeuis alia potulenta & esculenta extra hospitium & quibuscunque uendendi fuit. Priuilegium datum enim ita interpretandum est, ne illi, qui ius antequam habuit, damnum inferatur. *Illustris Leyserus in medit. ad Pandect. Spec. 7, med. 5, Zieglerus de iurib. maiest. lib. 2, cap. 15. §. 43.* Adeoque credendum non est, per nouam concessionem tabernae alteri possessionem uel quasi iuris eiusmodi tabernam exercendi, in qua ante priuilegium datum constitutus fuit, ab indicatam & ademptam esse.

VI.

Cauponis, denen Krügen, Krezschmarn, Schencken nonnunquam eadem iura competunt, quae diuersoriis mercenariis asserta sunt, nonnunquam in eas ne pedites quidem ad cubandum recipi possunt.

Secundum ea, quae in thesi I. dicta sunt, in cauponam non nisi pedites ad comedendum, bibendum & cubandum recipi possunt. Atque hoc uerum est, si in ea ciuitate uel pago, in quo caupona est, diuersorium mercenarium ein öffentlicher Gasthoff extet. Ita in uicino pago, Pratau dicto, in quo diuersorium mercenarium extat, & uniuersitas cauponam habet, iussu principis per recessum iudicalem de anno 1557. ordinatum est. Ver-

ba eius haec sunt : Als sich Irrungen und Gebrechen zugetragen haben zwischen Brose Heynis und dem Krüger zu Prathau, Kl. an einem, der Gemeinde daselbst wegen ihres aufgerichteten Kruges, Befl. andern Theils x. habe ich solche Sache an meinen gnädigsten Herrn, den Churfürsten zu Sachsen x. Herzogen Augustum, berichtet, und von selbiger Churfürstl. Gnad. darauf diese Resolution und Erklärhng durch schriftl. Befehle erlanget, daß der Gemeinde neue Krug keine Pferde, sondern alleine Fußgänger beherbergen solle. x. x. Quod si uero in isto pago, in quo caupona est, aliud meritorium non extet, caupo aduenas equitantes & curribus uestos cum equis & curribus ad cubandum & stabulandum recte recipit. Nemo enim contradicendi ius habet, quia nullius iuri detrahitur. Caupona etiam in legibus Romanis nonnquam ius stabulandi sub se comprehendit. Nihil ergo obstat, quo minus uocabulo, Krezschmar, Krug, Schencke, in priuilegio occurrenti, latus significatus tribuatur, praesertim cum priuilegia in praeiudicium concedentis latissime interpretanda sint. Illustris *Leyserus in med. ad Pand. Spec. 10, med. 3.* Superuacaneum duco hoc pluribus enuncere, quum experientia & usus pro me loquantur. Aliquando tamen nec pedites in cauponam ad cubandum recipi possunt. Illustrabo hoc exemplo : Pars suburbii Vitembergensis praefecturae Regio Electorali, quae hic est, subest. Vniuersitati suburbii ambfaffici uero ius cauponandi competit. Hoc uniuersitas conciuu locauerat. At in eodem suburbio diuersoria mercenaria extant. Quum itaque conductor cauponae ad uniuersitatem pertinentis reisende *Barbier* und *Becker* *Gesellen*, ad cubandum reciperet, domini diuersoriorum, se in priuilegijs

uilegiis suis turbatos rati, apud praefectum Regio Electoralium de turbatione questi sunt, atque, ut conductori cauponae turbatione futura interdiceretur, petierunt. Quo facto Praefectus Regio Electoralis etiam non dubitauit, sequentem inhibitionem emittere: Auf des hiesigen r. r. wegen unternommenen Beherbergens Fremder und Reisender mündlich geführte Beschwerde, wird Impetrat alles Ernsts, und zwar bey Vermeidung 5. Rthlr. Straffe, bedeutet sich alles Beherbergens fremder und reisender Persohnen, ingleichen des Ausspannens derer Pferde gänzlich zu enthalten, und wie er sich dieses Unternehmen zu verantworten getraue, bevorstehenden 19. Julii in Creys: Amte alhier zu melden, damit alsdenn nach Befinden fernere Verfügung getroffen werden könne. Conductor quidem, dominis diuersorum ius prohibendi non competere, se in possessione uel quasi iuris pedites ad cubandum recipiendi constitutum, & causam, non breui manu & per inhibitiones, sed ordinario processu decidendam esse, obtendeat. Verum enim uero relatione ad Potentissimum Regem & Electorem facta anno 1738. die 9. August. sic rescriptum est. Rath, lieber getreuer, Uns ist vorgetragen worden, was ihr in Sachen r. r. jüngsthin allerunterthänigst anhero berichtet, und dießfalls zu Unserer Resolution gestellet. Wann Wir es nun bey euren Verfahren bewenden lassen, als begehren Wir hiermit, ihr wollet ermelten r. das Ausspannen und Gastiren derer Fremden durch Straff: praecepta gebührend untersagen! r. Sed eiusmodi cauponae reuera tantum tabernae cereuisariae sunt.

VII.

Licet quis per priuilegium aut praescriptionem ius tabernam cereuisariam, uinariam, uel popinam habendi acquisuerit, ad cubandum uel stabulandum tamen iter facientes recipere nequit, si in eodem loco priuilegiatum hospitium mercenarium extet.

VIII.

Et qui iure tabernam cereuisariam habendi gaudet, non statim etiam uinariam uel aliam instituire, aut popinam exercere potest, si tales priuilegiae in eodem loco iam extant.

Veritas binarum thesium propositarum fundatur in iis, quae supra in explicatione thesis 4, dicta sunt, & in sequentibus duabus indubitatis regulis iuris: Priuilegia, quatenus in tertii praeiudicium uergunt, strictissime & semper ita interpretanda sunt, ut, quantum fieri potest, ante uel simul priuilegiatorum iuribus nihil detrahat, atque tantum solum praescriptum censetur, quantum per tempus lege definitum possessum probatur. Et quod ad hospitia mercenaria priuilegiata in Saxonia attinet Principes Electores in der *Policey-Ordnung* de an. 1661. tit. 12. §. 7, & in *Resoluz. Grauum*, de anno 1661 §. 112 & 113, edixerunt, se eadem aduersus turbatores defensuros esse.

IX.

*In ciuitatibus is, cuius aedibus iux braxandi
inbaeret etiam iure gaudet, tabernam ce-
reuifiariam instituendi.*

X.

*Similiter in ciuitatibus, in quibus Stadt: Kel-
ler, Jahr: Küchen, priuilegirte Brandtwein:
Wein: Caffee-Schenken, Gasthöfe, oder Speiß:
Häuser non dantur, quilibet ciuis ad cuban-
dum & stabulandum iter facientes reci-
pere & eiusmodi tabernas exercere
potest.*

XI.

*Quod si uero concessio unius alteriusue negoti-
ationis inter principis regalia referatur, uel u-
na alteraue negotiatio sine magistratus conces-
sione exerceri nequeat, uel ciuitati aut pri-
uato ius talem negotiationem exercendi per pri-
uilegium datum sit, necesse est, ut ciuis, qui
eiusmodi negotiationem exercere uult, uel
a principe uel a magistratu concessio-
nem impetrauerit.*

Fun-

Fundator urbium Saxonicarum Imperator Henricus I. praeuidit, ciuitates consistere non posse, nisi iisdem insigniter prospiceretur. Hinc sanxit atque cauit prudentissime, ut in iis potissimum negotiationes exercerentur, & braxatio & uenditio cereuisiae fieret. Probant hoc institutum non tantum, sed &, ut exactissime seruetur, passim seuerè iubent alii imperatores & principes imperii, cum primis uero principes Electores Saxoniae. uide die Landes-Ord. de a. 1482. Resolut. Grauum. de a. 1612 §. 16 & de a. 1661 §. 99. Tuto hinc colligo, ciuem, cuius aedibus ius braxandi annexum est, etiam licentiam habere cereuisiam minutim uendendi siue tabernam cereuisariam instituendi. Recte etiam mihi uideor ex eo inferre, in ciuitatibus unicuique ciui liberum esse negotiationem licitam, quo demum cunque nomine ueniat, exercere. Poterit ergo regulariter quiuis ciuis in ciuitate eine Wein-Brandtwein- oder Caffè-Schende anlegen, speisen, und Reisende, sie mögen gehen, fahren oder reuten, beherbergen. Schoensfeld in dissertat. de iure hospitaturae §. 3. Referatur tamen nonnunquam concessio unius alteriusue negotiationis inter regalia, atque negotiatio talis ciuibus non aliter permittitur, quam si a summo imperante ius eam exercendi per priuilegium obtinuerint. Nonnunquam ad unius alteriusue negotiationis exercitium concessione magistratus tantum opus est. Ea requiritur in Saxonia, si quis confectione uini adusti lucrum quaerere uelit. uide die Erörterung der Landes-Gebrechen de anno 1609. Plerisque ciuitatibus ex singulari principum indulgentia priuilegium darum est, einen Stadt-Keller und Jahr-Rüche zu haben. Solent etiam summi imperantes priuatis per priuilegia ius einen Gasthoff, Schencke, Stallung, Ausspann,

Ausspann, Wein-Brandwein-Caffe-Schent anzulegen und zu speisen concedere. Fac itaque, in aliqua prouincia concessione summi imperantis uel magistratus opus esse ad hanc uel illam tabernam in ciuitate instituendam uel ad hospitium in ea extruendum, & ciuis hospitium uel tabernam instituere non poterit, nisi ab eo, qui ius concedendi habet, concessionem impetrauerit. Liberum enim est summo imperanti, si reipublicae utilitas id possit, negotiationibus certos fines ponere & iis, qui negotiationes exercere cupiunt, certum modum praescribere. Atque praescriptas modus ab iis, qui ad exercitium negotiationis admitti uolunt, absolute implendus est. Neque ciuis in ciuitate, in qua alii ius hospitium & tabernas exercendi per priuilegium acquisuerunt, secure meritorium uel tabernam instituere & exercere poterit. Dum enim princeps alicui priuilegium tribuit, ut in certa ciuitate uel pago hospitium uel tabernam exercere possit, simul declarat, uelle se, ut praeter priuilegiatum nemo, nisi aequae priuilegiatus sit, hospitium uel tabernam in ea ciuitate eoue pago exercent. Hinc est, quod priuilegium, uti bene obseruat *Ludouici in Doctrina Pandectarum Lib. I. Tit. 4. de Constitur. princ. §. 4.* dicatur lex, non quidem intuitu eius, cui datur, hic enim eidem pro lubitu renunciare potest, sed intuitu reliquorum conciuum, ne illam, cui priuilegium datum est, in exercitio eius impediatur. Oportet ergo bonum ciuem aut abstinere usuiuris, quod princeps alicui per priuilegium concessit, aut, si tale ius exercere uelit, operam dare, ut simile priuilegium a principe impetret. Quod si quis sine priuilegio ius conciuum per priuilegium concessum usurpet, contemtor principis uocis est, & peccat, adeoque non solum summi imperan-

perantis indignationem & reprehensionem incurrit, sed & merito multis uel grauiori poena coercetur, atque eo adigitur, ut in posterum ab exercitio iuris absteat.

XII.

Si ius diuersorii uel tabernae ab iis, qui eo in urbe aliqua utuntur, per praescriptionem acquisitum est, iidem alios prohibere nequeunt, quo minus idem ius exercent.

Plurimi quidem ius hospitium mercenarium uel tabernam habendi per privilegium obtinuerunt. Non pauci tamen id per praescriptionem acquisuerunt. Nisi uero ab his simul ius prohibendi, ne in ista, in qua habitant urbe, noua hospitia uel nouae tabernae instituuntur, per praescriptionem acquisitum sit, iure alios prohibere non possunt, quo minus idem genus negotiationis exercent. Facultas hospitium & tabernas in ciuitate pro lubitu exercendi, uti supra thesi 9, 10, 11, euictum est, inter iura ciuium merito refertur. Iure itaque suo utitur ciuis, qui hospitium & tabernam instituit. Quumque sub hoc titulo & praetextu omnes hospitia & tabernas exercere coeperint, eademque per tempus lege definitum continuauerint, adeoque eum titulum, morem & modum hospitia & tabernas acquirendi in se probarint, qui per praescriptionem ius exercendi hospitium & tabernas acquisuerunt, non possunt iidem, saluo iure & pudore, eum titulum, morem & modum acquirendi in conciuibus improbare. Et generatim per usum solitarium iuris, licet maxime diuturnus sit, ius alios prohibendi non acquiritur. *Illustris Leyserus in med. ad Pand. Spec. 462 med. 3.*

XIII.

XIII.

His, quibus ius diuersorii uel tabernae priuilegio datum est, quod ius alios prohibendi, uel clausulam, ut soli in urbe tale ius exerceant, continet, actio ad prohibendum alios competit.

XIV.

Si contra, quibus priuilegium hospitium uel tabernam exercendi simpliciter, licet sub onere pensionis annuae soluendae concessum est, alios directe prohibere nequeunt.

XV.

Cautela suggeritur, qua adhibita ii, qui praesertim titulo oneroso priuilegium diuersorii & tabernae nacti sunt, efficere possunt, ut aliis eodem genere negotiationis interdicatur.

XVI.

Etsi quis per praescriptionem ius diuersorium uel tabernam habendi acquisiuit, si tamen postea ipsius aedibus intuitu huius iuris noua onera & tributa imposita sunt, priuilegiatus esse censetur.

Priui-

Priuilegia, quemadmodum in thesi ii, probaui, leges atque a ciuibus exactissime obseruandae sunt. Quando ergo in priuilegio diuerforii uel tabernae alicui simul ius prohibendi alios concessum est, uel priuilegio clausula continetur, quod priuilegiatus solus in urbe uel certo districtu diuerforium, cauponam uel tabernam exercere debeat, ciues reliquos in uoluntate principis acquiescere, atque ab eo genere negotiationis in ea urbe in eoue districtu abstinere oportet. Et, si qui priuilegio contrauenire & diuerforium uel tabernam in urbe uel districtu, descripto extruere audeant, priuilegiato aduersus eos actio confessoria utilis datur. *Boebmerus in Doctrina de Actionibus Sect. 2. Cap. 2. §. 46. & 47. p. 176. & 177.* Ei priuilegio uero, quod ius prohibendi alios non continet, uel quod memoratam clausulam additam non habet, ius prohibendi non inesse, licet sub onere concessum sit, omnes Icti asserunt, & luculentissime probauit *Illustris Leyserus in Meditar. ad Pandect. Spec. 10. med. §.* Quanquam uero sic priuilegiato iura actionem ad alios prohibendum denegant, eum tamen, praesertim si priuilegium titulo oneroso habeat, per indirectum efficere posse, ut ii, qui priuilegio non gaudent, ab exercitio hospitii uel tabernae arceantur, in foro obseruaui. Videlicet, si alius in eadem ciuitate hospitium uel tabernam exercere incipiat, priuilegiatus id ad principem refert, de uiolatione priuilegii & turbatione queritur, onera & tributa, quae intuitu priuilegii aedibus suis imposita sunt, enumerat, atque, si plures idem ius exercent, nullum eorum inde aliquod commodum percepturum, sed omnes damnum sensuros & bonis lapsuros, simul uero onera & tributa cessatura esse, ostendit, denique auxilium principis aduersus turbato-

batores submissè expetit. Vel priuilegiatus iudicis officium implorat, ut turbanti ulteriori turbatione interdicat, & si turbator iudiciali inhibitioni non pareat, curat priuilegiatus, ut iudex sua sponte statim de causa ad Principem referat, uel, si iudex id facere recuset, ipse priuilegiatus appellatione interposita ad Principem prouocat, & in literis supplicibus circumstantias & rationes potissimas affert. Et, si res sit de diuersoriis uel cauponis in pagis tollendis, priuilegiatus uicinam ciuitatem incitabit, ut interueniat, atque actionem sibi competentem instituat, uel principi supplicet. Has cautelas felicissimo successu adhibitae esse, exemplum, quod commemorabo, declarabit. In pago sub praefectura Regio Electorali non procul ab oppidulo sito caupona haereditaria est. Scultetus uero istius pagi in uinea sua, quae non adeo longe a pago distat cauponulam erigere tentat, atque pro annuo censu, quem obtulerat, ab administratore reddituum ad praefecturam Regio Electoralem pertinentium concessionem cauponandi obtinuerat & ibi cauponari iam tum inceperat. Caupo haereditarius contra, qui intuitu iuris cauponandi onera & tributa fert, per nouam cauponam segregatam putans, petit a praefecto Regio Electorali, ut sculteto iure cauponandi interdicat. Praefectus petitus annuens inhibitionem emittit. Scultetus interea ab administratore reddituum ad praefecturam Regio Electoralem pertinentium hoc impetrat, ut relationem ad Potentissimum Regem faciat atque in ea sculteto patrocinetur. Id & hoc operatur, ut Regio rescripto sculteto in uinea sua cauponam exercere permittatur. Caupo haereditarius contra aduersus istud rescriptum appellationem interponit. Interuenit etiam uicini oppiduli senatus atque literis supplicibus

cibus petit, ut scultero iure cauponandi interdicatur, usque & relatione a commissariis Regiis ad hanc causam denominatis facta, effectum est, ut anno 1734. d. 3. Jul. hunc in modum rescriptum sit: Vester, Rath, Liebe getreue, Nachdem wir auf euern untern 24. Junii verwichen hin erstatteten unterthänigsten Bericht N. N. den bisherigen Bier und Brandwein Schanck auf seinem Weinbergs Hause daselbst gestalten Sachen nach, und aus denen in obigen Bericht angeführten, auch sonst in denen hierbey zurück kommenden Actis enthaltenen Ursachen ferner zu gestatten, nicht gemeynet, massen dir, dem Amts Verwalter, dein in der Sache beschehenes Verfahren auch ungleiche und einseitige Berichts-Erstattung, wodurch das darauf erfolgte Rescript sub & obreptiue erschlichen worden, zur gleich nachdrücklich verwiesen wird, so begehren wir gnädigst, befehlende, ihr wollet bemelten N. N. sothanen Bier und Brandtwein schanck so fortunter sagen, und solchen in geringsten weiter nicht gestatten, dahingegen auch denselben mit dem deshalb zeithero entrichteten Schanck-Zinnß an 1. rthl. jährlich fürohin gänzlich verschonen, und ihm dießfalls ferner nichts abfordern, Im übrigen aber habt ihr, die Beambten, künfftig bey dergleichen und andern vorkommenden Fällen, besonders wenn von denen Amts Unterthanen oder sonst iemanden ein und andere Concession gesucht wird, nach vorher deshalb genugsam eingezogener Erkundigung, ob dem Suchen ohne Bedencken zu deferiren sey, oder nicht? eure Berichte jedesmahl coniunctim zu erstatten, und darauf behörige resolution zu gewarten. In dem geschiehet zu Dresden den 3. Jul. 1734. Cau-
po, cui insertum rescriptum fauet, in actis iudicialibus priuilegium non produxerat, adeoque priuilegiatus in
C 2 specie

specie sic dictus non erat, sed sine dubio ius cauponandi tantum praescripserat, & intuitu eius postea noua onera & tributa susceperat. Et tamen eum Serenissimus Rex ab inquietatione & turbatione aliorum defendit. Colligo hinc, eos etiam, qui quidem ius diuersorii, uel cauponae tantum praescripserunt, attamen intuitu eius noua onera & tributa susceperunt, iis, quibus exercitium talis iuris ab initio per priuilegium datum est, equiparari, & consensum principis, qui per impositionem onerum & tributorum accessit, retrorahi. Idque clare fundatum est in der Polizey Ordnung de anno 1661. §. 7. und in denen Erledigungen der Landes Gebrechen de eodem anno passim, in primis §. 112 & 113. utpote in quibus utriusque tutamen promittitur.

XVII.

Iis, qui praeter ius diuersorium, cauponam & tabernam habendi etiam ius alios prohibendi per praescriptionem acquisierunt, actio quoque ad prohibendum alios competit.

XVIII.

Ius prohibendi strictissime interpretandum est.

Nonnunquam is, qui per praescriptionem ius diuersorium, cauponam, tabernam habendi nactus est, alios, qui hospitium, cauponam uel tabernam exercere uolunt, prohibet, ne id faciant. Et, si hi per tempus lege definitum ab exercitio hospitii cauponae uel tabernae abstinant,

nent, is ius eos prohibendi acquisuisse censendus est. Datur ergo eidem etiam actio confessoria utilis, de qua supra p. 17 dictum est. Ius prohibendi uero, quia monopolium continet, quouis modo restringendum est. *Illustris Leyserus in mediz. ad Pandect. Spec. 10 med. 7.* Fingamus itaque, aliquem, qui ius hospitium uel tabernam exercendi in ciuitate habet, unum atque alterum ciuem, qui similem negotiationem exercere tentauit, prohibuisse, eosque, quibus prohibitio facta est, per tempus ad praescriptionem necessarium acquieuisse, ei tamen actio ad prohibendum reliquos ciues, quibus prohibitio facta non est, uel qui prohibitioni non paruerunt, non dabitur. Cauponem etiam, cui ius prohibendi, ne quis alius in ciuitate cauponetur, competit, impedire non posse extruccionem nouae cauponae extra pomeria, licet locus ciuitati proxime adiaceat, & iurisdictioni eius subiectus sit, ostendit *Illustris Leyserus in mediz. ad ff. Spec. 10, med. 6.*

XIX.

Princeps, qui priuilegium diuersorii, cauponae uel tabernae alicui gratis indulgit, alii tamen simile priuilegium concedere potest.

XX.

Is uero, qui priuilegium diuersorii cauponae uel tabernae sub certo onere uel pensione annua accepit, audiendus est, antequam aliis simile priuilegium tribuatur.

XXI.

At, si privilegio ius prohibendi alios intra certum districtum insertum sit, in eo districtu aliis simile non datur, nisi is, cui privilegium cum iure prohibendi competit, consentiat.

Multum interest, utrum aliquis ius diuersorii, cauponae uel tabernae sine onere, uel sub titulo oneroso, uel cum iure prohibendi acquisierit. Si cui gratis concessum sit privilegium diuersorii cauponae uel tabernae, princeps alii simile indulgere potest. Illustris *Leyserus in meditar. ad ff. Spec. 10. med. 4.* Quando uero privilegium alicui sub onere uel censu annuo datum est, aequum est, ut princeps, antequam alii simile privilegium tribuat, privilegium audiat. Nonnunquam enim ingens summa pecuniae pro concessione privilegii praestita est, vel intuitu privilegii graua onera & tributa ideo imposita sunt, quod eo tempore, quo concessum fuit privilegium, nemo praeter privilegium in certo districtu tale privilegium habuit, & quod ii, qui onera, & pensiones imposuerunt, uel susceperunt, crediderunt, aliis simile privilegium non concessum iri. Pariter aliquando tantum quotannis pro exercitio privilegii praestandum est, ut privilegiatus, si solus & cum exclusione aliorum ius per privilegium concessum exercere nequeat, tributis & oneribus ferendis impar sit. His uero & similibus casibus iustum est, ut alii privilegium simile non concedatur. Poterit ergo titulo oneroso privilegiatus, si resciscat, alium simile privilegium accepturum esse, principi circumstantias

stantias & momenta aperire, atque supplicare, ut sibi solitari-
um exercitium diuersorii, cauponae, tabernacuae relinqua-
tur. Saepe etiam Princeps ipse, quando ciuis supplicat, ut si-
bi ius cauponandi in eo districtu concedatur, in quo alii
cauponam sub pensione annua, uel alio onere habent, com-
missarios nominat, iisque id negotii dat, ut reliquos cau-
pones satis audiant, & causa cognita de ea ad Princi-
pem referant. Ita certe in Saxonia Serenissimorum Prin-
cipum Electorum indulgentia semper seruatum est. Re-
cens exemplum supra p. 19, exhibitum est. Et, quum ante
aliquod tempus aliquis in eo loco, circa quem multa mo-
lendina extabant, nouum molendinum extruere uellet,
commissarii delegabantur, qui uicinos molitores audirent,
quumque causa cognita, appareret, sine manifesta iactu-
ra uicinorum molitorum nouum extrui non posse, sup-
plicans repulsam tulit. Et recte. Vt enim priuilegia,
quae sub onere concessa sunt, non facile restringantur,
uel minuantur, & eorum, qui priuilegia onerosa habent,
& principis & reipublicae interest. Alioqui enim priui-
legiati ad incitas rediguntur & oneribus ferendis impares
redduntur. Tunc uero, quum alicui ius diuersorium
cauponam uel tabernam habendi cum iure prohibendi
alios concessum est, princeps non aliter simile priuilegium
dat, quam si is, cui priuilegium cum iure prohibendi
competit, consentiat. Illustrabit hoc sequens exemplum:
Senatus ciuitatis Vitembergensis, quemadmodum alio tem-
pore ostendetur, facultatem uina exotica uendendi cum
iure prohibendi ciues & alios habet. Supplicat uero
David Balduen Principi Electori, ut sibi etiam priuile-
gium uina exotica uendendi tribuat. Princeps Elector
tamen id ei aliter non concessit, quam consentiente ma-
gistratu

giltratu. Id quod ex rescripto ad Senatum dato parebit. Hoc enim ita se habet: Lieber Getreuer, Wir haben euer Schreiben hören lesen, darinnen ihr bewilliget Unfern ieszigen Schosser zu Wittenberg, David Balduen auf seine Bitte, und verhalben von Unsern Commissarien furgewandte Ursachen, das Schencken fremden ausländischen Weines auf sein Haus nach zu lassen, damit aber euch dieses zu keiner Einführung gereiche, seynd Wir geneigt, eure Privilegia dießfalls bestättigen zu lassen, wie denn auch Unser endlicher Wille und Meynung ist, daß diese eure Bewilligung euch zu keiner Einführung geschehen, oder künftig euren Privilegien zuwider andern gestattet und nachgelassen werden soll sich des Schanckes fremder Weine zu gebrauchen, wollen Wir euch zu gnädiger Antwort nicht verhalten. Dresden, den 8ten Junii, 1572.

XXII.

Quamuis uero in ciuitate uel pago diuersoria cauponae & tabernae extent, iisque ius prohibendi adscriptum sit, praefectis postarum tamen und denen Posthaltern concessum est, die bey der Post Reisende ad cubandum, stabulandum recipere iisque cibos ac potulenta praebere.

XXIII.

Anderer aber, die nicht bey der Post reisen, dürfen die Postmeistere und Posthaltere nicht speisen, und beherbergen, auch denenselben kein Bier, Wein und Brandtwein verlassen.

XXIII.

XXIV.

Wenn ein Post-Bedienter sich bey Versorgung der Reisenden mangelhaft erweist soll derselbe auf beschene Anzeige und Geständnis, oder Ueberführung, nicht allein solcher *Concession* verlustig, sondern es soll auch erlaubt seyn, daß ein anderer in der Nähe wohnender sich des Wercks unternehme, und der sonst nur denen Post-Bedienten gegebenen Vergünstigung unter gemugamen Schutz genießen möge.

XXV.

Tempore mundinarum, & quando extraordinarie in oppidis confluunt homines, quilibet ciuis aduenas ad cubandum & stabulandum recipere, iisque cibos & potulenta praebere potest, licet in eo loco diuersoria & tabernae, quibus ius prohibendi alios competit, extent.

Theses 22, 23 & 24, clare fundatae & iisdem fere uerbis expressae sunt in §. 5. der Königl. und Churfürstl. Sachsl. Post Ordnung de dato Warschau den 27. Jul. 1713. Nonnulli praefecti postarum & Posthalteren tamen contra claram dispositionem §. 5. der Post Ordnung, diuersorium exercere & quosuis ad cubandum & stabulandum recipere & quibuscunque esculenta & potulenta praebere auii sunt. Serenissimus Rex & Princeps

D

Ele.

Electoꝝ uero querela ad eum delata hunc in modum rescripsit: Uns ist aus euern untern 15. Febr. a. c. erstatteten unterthänigsten Bericht geziemend vorgetragen worden, was es um des Schenckwirths zu Hohenbucka, wider dem Postmeister daselbst wegen angemaster Schanck und Gastirung geführte Beschwerde vor Bewandnis habe. Nachdem wir nun gestalten Dingen nach und aus denen angeführten Ursachen es bey euren Vorfahren in Gnaden bewenden lassen; Als begehren wir gnädigst, ihr wollet supplicanten dießfalls bescheiden, anbey aber gehörigen Orts dergestaltige nachdrückliche Verfügung treffen, damit der Postmeister zu Hohenbucka sich ein mehrers, als unsere Post Ordnung gestattet, nicht anmassen, noch wiedrigenfalls zugescharffter Verordnung anlaß geben solle 2c. Dat. Dresden den 9. April 1734. Interdum & praesertim in nundinis tanta multitudo hominum in oppidis uel pagis confluit, ut eos omnes diuersoria recipere, tabernarūque cibis & potulentis excipere nequeant. Tamen si ergo diuersoria & tabernae in oppidis extant iure prohibendi gaudeant, hoc tempore tamen ciues pohiberi non poterunt, quo minus aduenas ad cubandum & stabulandum recipiant iisque cibos & potulenta praebent. Casus necessitatis enim, qui hic existit, semper, etiam in priuilegiis, exceptus esse censetur, Fautor iter facientium etiam tantus esse debet, ut in commoditatem eorum alii de iure suo aliquid remittant. His accedit notoria consuetudo, quae omnino uim legis habet. Testatur de ea quotidiana experientia.

Conf. Carpzo. Par. 2. Conf. 14. def. 37.




Wittenberg, Diss., 1739 (A).



Sb

v778





0242.

1939 30/ck
25

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA

DE
**STABVLIS, CAVPONIS
TABERNIS ET HOSPITIIS
MERCENARIIS**

Von
**Gasthöfen, Erb- und Gemeinde-Schencken
Stadt-Kellern, Jahr-Küchen u. u.**

QVAM
PRAESIDE
CHRISTIANO Specht
PHILOSOPHIAE ATQVE IVRIVM DOCTORE
HVIVSQVE CIVITATIS SENATORE
EXTRAORD.

DIE APRILIS 10 10 CCXXXIX.
IN AVDITORIO IVRECONSULTORVM

PVBlice TVEBITVR
AVCTOR
**CHRISTIANVS THEOPHILVS
KLEINHEMPELIVS**

DRESDENSIS, I. V. C.

VITEMBERGAE
TYPIS EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.